in exemplũ, & propter nos vt ſit nobis in iuſtificatiõis ſpem. Secundò ibi, (Credentibus in eũ,) oſtendit ſimilitudinẽ fidei. Reputata eſt enim ad iuſtitiã fides Abrahæ credenti ꝙ corpus ſuũ emortuũ, & emortua vulua Saræ poſſet viuificari ad filiorũ procreationẽ. Reputabitur & nobis credentibus in eũ qui ſuſcitauit dominũ noſtrũ IESVM CHRISTVM à mortuis: & in deũ patrẽ cui ipſe dicit in Pſal. Tu aũt dñe miſerere mei & reſuſcita me. Et quia eadem eſt virtus patris & filij, ipſe etiã in propria virtute ſurrexit. Quòd aũt hæc fides iuſtificet habetur infra. 10. Si confitearis in ore tuo dñm IESVM, & in corde tuo credideris ꝙ deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Tertiò, ibi, (Qui tradit⁹ eſt &c.) aſſignat cauſam quare fides reſurrectionis CHRISTI iuſtificet, dicẽs, qui. ſ. CHRISTVS tradit⁹ eſt. ſ. in mortẽ à deo patre. infra. 8. Proprio filio ſuo nõ pepercit deus, ſed ꝓ nobis oib⁹ tradidit illũ. Et à ſeipſo Eph. 5. Tradidit ſemetipſum pro nobis. Et à Iuda. Io. 19. Qui me tradidit tibi maius peccatũ habet. Et à Iudæis Mat. 20. Tradent eum gentibus ad illudendũ. Et reſurrexit propter iuſtitiã noſtrã. i. vt nos reſurgendo iuſtificaret. infra. 6. Quomõ CHRISTVS reſurrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitę ambulem⁹. Et quòd propter delicta noſtra ſit traditus in mortẽ manifeſtũ videtur ex hoc ꝙ ſua morte meruit nobis deletionẽ peccatorũ, ſed reſurgendo nõ meruit, quia in ſtatu reſurrectionis non fuit viator ſed cõprehenſor. Et ideo dicendũ eſt ꝙ mors CHRISTI fuit nobis ſalutaris nõ ſolũ per modũ meriti, ſed etiã per modũ cuiuſdã efficiẽtię. Cũ enim humanitas CHRISTI eſſet quodãmodo inſtrumentũ diuinitatis eius, vt Damaſce. dicit, omnes paſſiones & actiones humanitatis CHRISTI fuerunt nobis ſalutiferæ vtpote ex virtute diuinitatis prouenientes. Sed quia effectus habet aliqualiter ſimilitudinẽ cauſæ, morte CHRISTI qua extincta eſt in eo mortalis vita, dicit eſſe cauſam extinctionis peccatorum noſtrorũ reſurrectionem autem eius qua rediJt ad nouam vitã gloriæ dicit eſſe cauſam iuſtificationis noſtræ per quam redimus ad nouitatem iuſtitiæ. ¶ Caput v.

Aquib⁹ eſt tradit⁹ chriſtus i mortem.

Mors chriſti non ſolũ ꝑ modum meriti, ſed etiã ꝑ modũ efficientiæ.

Ab iſto cp. vſq; ad. 9. tractat aliã particulam in prio cp. poſitam. ſ. euãgelium virt⁹ dei eſt in ſalutem oi credẽti.

IVſtificati igitur ex fide pacem habeamus ad deũ per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidẽ in gratiã iſtam in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei. Non ſolùm autẽ, ſed & gloriamur in tribulatiouibus, ſcientes quòd tribulatio patiẽtiã operatur: patientia autem probationem, probatio verò ſpem. Spes autem non cõfundit, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis.

Firmitas ex dono.

¶ Poſtq̃ apoſtolus oñdit neceſſitatẽ gratię CHRISTI quia ſine ea nec cognitio veritatis gentibus, nec circumciſio & lex Iudæis profuerunt ad ſalutẽ, hic incipit cõmendare virtutem gratiæ. Et circa hoc duo facit. Primò oſtendit quæ bona per gratiam conſequamur. Secũdò à quibus malis per eam liberemur, ibi, (Propterea ſicut per vnum hominẽ &c.) Circa primũ duo facit. Primò proponit modum perueniendi, ſeu via qua venim⁹ ad gratiam. Secundò oſtendit bona quæ per gratiam cõſequimur, ibi, (Et gloriamur in ſpe glorię &c.) Circa primum duo facit. Primò exhortatur ad debitum gratiæ vſum. Secundò oſtẽdit nobis gratiæ aditũ, ibi, (Per quẽ acceſſum &c.) Dicit ergo primò, dictum eſt ꝙ fides reputabitur omnibus ad iuſtitiã credẽtibus reſurrectionẽ CHRISTI, quæ eſt cauſa noſtræ iuſtificatiõis. Iuſtificati igitur ex fide inquantum. ſ. per fidẽ reſurrectionis effectum eius participamus habeamus pacem ad deũ. ſ. ſubijciendo nos & obediendo ei. Iob. 22. Acquieſce igitur ei & habeto pacẽ. Iob. 9. Quis reſtitit ei & pacẽ habuit. Et hoc per IESVM CHRISTVM dñm noſtrũ qui nos ad iſtã pacẽ ꝑduxit. Eph. 2. Ipſe eſt pax noſtra Vñ ſubdit, per quẽ CHRISTVM acceſſũ habem⁹. ſ. tanq̃ per mediatorẽ. 1. Thi. 2. Mediator dei & hoim &c. Ephe. 2. Per ipſum acceſſum habem⁹ ambo in vno ſpũ ad patrẽ. Acceſſum inq̃ in gratiam iſtã. i. in ſtatum gratię. Io. 1. Gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta eſt. In qua. i. per qua gratiã nõ ſolũ reſureximus à peccatis, ſed etiã ſtamus fixi & erecti per affectũ in cęleſtia. ps. Stãtes erant pedes noſtri. Idẽ, Nos aũt ſurreximus & erecti ſumus. & hoc per fidẽ per quã. ſ. gratiam conſequamur, nõ quia fides præcedat gratiã, cũ potius per gratiam ſit fides. Ephe. 2. Gratia eſtis ſaluati per fidem ſcilicet quia primus effectus gratię in nos eſt fides.

¶ Deinde cùm dicit, (Gloriamur in ſpe gloriæ &c.) oſtendit quæ bona nobis per gratiam prouenerũt. Primò dicit ꝙ per gratiam habemus gloriã ſpei. Secundò ꝙ per gratiam habemus gloria dei, ibi, (Non ſolùm autem.) Circa primum tria facit. Primo oſtendit magnitudinẽ ſpei in qua gloriamur. Secũdò eius vehementiã, ibi, (Non ſolũ aũt &c.) Tertiò eius firmitatẽ, ibi, (Spes autem non confundit &c.) Magnitudo autẽ ſpei conſideratur ex magnitudine rei ſperatæ quã ponit, dicens, Et gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ dei. i. ex hoc ꝙ ſperamus nos adepturos gloria filiorũ dei. Per gratia enim CHRISTI adepti ſumus ſpiritũ adoptionis filiorum dei, vt dicitur Sap. 4. Ecce quomodo coputati ſunt inter filios dei. Filijs aũt debetur hæreditas patris. infra. 8. Si autem filij & hæredes. Hæc autem hæreditas eſt gloria quam deus habet in ſeipſo. Iob. 4. Si habes brachium vt de⁹ &c. & huiuſmodi ſpes indita eſt nobis ꝑ CHRISTVM. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in ſpem viuã per reſurrectionẽ IESV CHRISTI ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem &c. Et hęc gloria quæ in futuro in nobis complebitur interim nũc in nobis inchoatur per ſpem. infra. 8. Spe ſalui facti ſumus. ps. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.

¶ Deinde cùm dicit, (Non ſolùm autem &c. (oſtẽdit vehementiã huius ſpei. Quæ enim vehementer aliquid ſperat libenter ſuſtinet propter illud, etiam difficilia & amara, ſicut infirmus ſi vehemẽter ſperat ſanitatem, libenter bibit potionem amaram vt ſanetur per ipſam. Signum ergo vehementis ſpei quam habemus propter CHRISTVN eſt ꝙ non ſolùm gloriamur ex ſpe futuræ gloriæ, ſed etiã de malis quæ pro ipſa patimur. vnde dicit, Non ſolũ aũt gloriamur. ſ. in ſpe gloriæ, ſed etiam gloriamur in tribulationibus per quas ad gloriã peruenimus. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cælorum. Iac. 1. Omne gaudiũ exiſtimate fratres mei cùm in tẽtationes varias incideritis. Et cauſam oſtendit conſequenter, dicens, Scientes &c. Vbi quatuor per ordinem ponit, quorum primum eſt tribulatio, de qua dicit ꝙ tribulatio patientiã operatur. Non quidem ſic ꝙ tribulatio ſit eius cauſa effectiua, ſed quia tribulatio eſt materia & occaſio exercendi patientiæ actum. infra. 12. In tribulatione patientes. Secundò ponit patientiæ effectũ cùm dicit, Patientia probationem. Eccle. 2. In igne probatur aurum & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis. Manifeſtum eſt ꝙ detrimentum alicuius rei de facili ſuſtinemus, propter rem quam magis amamus. Vnde ſi ali-